

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XXIX. De reuocatione donationis filiorum natuitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](#)

- 11 Quartū cum aliquid à nobis, & diuite datū, spectatūque cī-
cūstanzia debet nobis eo in euentu donare donatio præsum-
enda est maxime si datum leue sit, vt pluribus comprobant. Ti-
raquel. *ratif. de nobilit. cap. v. t. n. 4.* Menoch. *c. 88. n. 49.*

12 Quintū sūtūrū donationis præsumptio cum benemerita præ-
cesserit, quod enim postmodum datur cēdēns est donatum
in prædictōrum incertorum renumerationem. Vt colligitur ex leg.
ſi verò non renumerandi. ſ. idem Papinian. *ff. mātāri. & late
trad. Tiraque. leg. ſ. i. vnguam. verbo donationis largius. n. 50. Cod.
de reuocānd. donat. Menoch. de arbīr. d. c. 88. n. 53.*

13 Sexto quorū quis simpliciter vel ad promittit ſciens ſe non
tenet ad dandum, donatione prælūmetur, tamēti ignorētū titu-
lūm donationis. Vx collegit Menoch. *d. c. 88. n. 56. ex leg.
Camp. a. ſ. de operis lētorior.*

14 Septimō confer Menoch. *a. ſ. relatis. n. 59. ex sequenti. dona-
tionem præsumi, cum qui filio amici à ſuceptis tutoribus vel
aliis defendit in iudicio, vel extra modicū intumpsit, quia titulus
amicitiae, & pietatis exigunt ne modicū labor appofitus, modicū
fūptus expēni repeatantur, fed donentur. Vt colligitur ex
leg. *is quā amicitia. ff. de negotiis gefis**

15 Tandem prælūmenta eft donationi, ſi abſque necessitate vel
dolo rem magiū valoris minimo pretia vendas. Nam cum illū
laborē ſcient dimūs, & abſque illū necessitate, donare cre-
deris. Vt dixit Anehartian. *in cap. pectorum. n. 21. de Regul. ſpiri-
tu. 6. Salicet. in Authent. ad hoc. q. 2.1. Cod. de ſpiriſis.* Ob quam
caſam cēſent iuste non poſſe conqueri in foro conſentientie
laſsum eſſe, quibus adhaerent Caiean. *in quod lib. q. 16. Conrad.*
*de contrac. que. 1. 7. Ioann. Medin. de reſbit. c. 3 3 & Gomezius
cap. 2. 10. de conf. lib. 6. fauente Bart. leg. 2. Cod. de refiſ-
cēndā vendit. n. 14. Socin. Senior. conf. 4.8. n. 8. lib. 4. Decius. conf.
5.84. num. 2. Patiſius. conf. 1.8. n. 36. lib. 1. Cratæta. conf. 1.5.
n. 25. & conf. 1.9.2. n. 2. Roland. conf. 5. n. 10. lib. 1. quoſſeſſet &
ſequitur Menoch. *d. leg. 2. Cod. de refiſcēndā vend. non con-
cedi venditorū ſcient valorem rei venditae, & abſque necessitate
expendit, qui cēſent non poſſet deceptus.**

P V N C T V M XXVIII.

An donata Ecclesiasticis personis animo non
soluendi gabellam possint à iudice
laico reuocari?

- 1 Proponitur dubitandi ratiō.
 - 2 Ex eo preciō quod tributarīus alienet non est p̄sumēndā alienatio fraudulentā; at si alia conjectura & concurrante ex dolō a. & nulla p̄sumēda est.
 - 3 Ex quibus hęc conjectura sumatur.
 - 4 Internūcētē dicit̄ fraude alienatio est nulla.
 - 5 Alienans ex casu obligatur solvere, sicuti antea tributum.
 - 6 Omittens hanc solutionem qualiter iure regio cogendus est.

Ratio dubitandi est, nam in leg. 11. tit. 10 lib. 5. compilat. decidunt donationes cunctas factas Ecclesiasticis per sonis in fraudem regii tributii nullas esse, cogendumque donationem rem ut indirecte tributum soluat, ac si nullam donationem fecisset, aliquoquin in carcere remittatur, neque ab ea permissione exire quoniam donationem recindat, vel bona offerat ex quibus integrè tributum percipi possit. E contra vero omnibus laicis permisum est sua bona ob que tributum solendum ad eum exigitur in Ecclesiastis, ecclesiasticali & exemplaria personas trans ferre. Ut manifeste colligatur ex leg. cum facultates Cod. de his qui: num. liberor. vel pauper. excusat. meruerintur. lib. 10. Cuius edent verba sunt. Cum facultates tuas omnes in filium tuum contulisse te, nec quicquam habere proponas respectu patrimonii eius quid tuum esse desit miseribus non astringeris. Ne que ex eo quod hoc habeat translatio fiat aliquis fraudus praesumptio est. Ut inquit lex non ex Cod. de euclidionib. ibi. Nec opinio eius ex hoc leditur ut male fidei imperio existimat; ut alius itaque hoc indicet, si vis probare debes. Quinimum neque lex cuius hanc prae sumptionem inducere potest, neque ob quam causam annulare alienationem, cum id libertati Ecclesiasticae maximè derogaret, & Ecclesia non leue praedictum afferret, ut late probat Ferdinand. Vazq. Menchaca lib. 1. de success. cres. 1. s. 10. n. 8. Matien, leg. 11. Gloss. 1. tit. 10. lib. 5. compilat. & ibi Azeud n. 10.

Dicendum igitur est verisimiliter esse alienacionem reddituum
quam tributariorum praetaract in personas exemptas non deberi dolosam, & fraudulenter iudicari, nisi altae fraudis conjectura ad-
sistat, illis vero intercedentibus presumi dolosam, & omnino nullam,
& hoc est quod probat ratio duditandi *num. precedenti*
adducta. Non enim in calig. inducitur fraudis presumptio, sed
ea fraudis presumptione alias a iure supposita deciditur dona-
tione sic factam nullam esse, ut constat ex *illis verbis* Porque
el de recto presume que lo higo cautelosamente asin de no pe-
char ni contribuir que la tal donacion, y traspaamiento sea
ninguno de derecho. Vi bene adiuitus Aceued, ad dict. leg. n. 18.

& traduit in præsenti Matien. *Gloss.* 5. n. 6. *Gutierr.* lib. 2. 1742.
q. 132. n. 6.

Ius autem huius fraudum præsumit ex eo quod donant omnia sibi bona, vel maiorem eorum partem nec videnti causa & occasione in personam exemplum transfert, nam cum haec translatio in filii regali prædictum cedit præsumitur facta & non vera translatio. Ut docet Attendano, cap. 14. p. 20. n. 30. lib. 2. & rit. de las exceptiones. n. 57. l. 5. Gutierrez. Matien & Azuedo supradicta argum. leg. omnes. S. Lucas. q. si *in fraudem creaveris*, quibus non obest *lex cum facultate*, nam ibi bona facta, & ab illa villa fraudis præsumptio donator processit. Secus veri enim nulla virget donatorem alia causa donandi quam ut se à tributorum solutione eximat.

Deinde si donans ita bona in personam exemptam trasferat, ut sibi referetur ysum fructum, aut pensionem, ceterum cum occasione fraudandi tributu facta. Quapropter et hucus alienatus doloso suspicio cesseret oportere donatorem in donatum vitare, & integrum dominium, & possessionem & utilitatem rei donare. Ut notat Rebuffi. 2. i. constitut. Erat iti. de fessis art. 2. gloss. 8. cap. 10. Azquedo. d. leg. 1. n. 1. cap. 3.

Hac igitur presumpta fraude interuenientem statutum alieno-
num nullam esse, ut constet ex illis verbis *ne magno* que plo-
uire executionem denotant. Ut probat Tiraquel, in leg. si
quam verbo reuiriatur n. 18 o. 243. *Couartum cap. missar.*
p. 5. n. 6 in princ. Quapropter hæc alienatio non indiget actione
recifitoria, aut reuocatoria. Ut indigne alienatione facta in
fraudem creditorum *Item* si quis in fraudem insti-
tuit, & *rit. Cod.* & *ff.* de his qui in fraudem crediti, sed suffici-
tius nullitatem declarare, quia haec non est vera, sed simulata aliena-
tio, *juxta leg. imaginaria venditio*, *ff. de Regulis iuriis* & *leg.*
Nuda, *ff. de contrah. emp.* Quod adeo verum est, ut eis hinc
alienationi iuramentum adiungas nullus sit momentum, qui neque
iuramentum firmare quod omnium modo nullum est nisi auctor Glebam
ad omnibus recipiam in leg. 3. *Cod plus val. dagm. & rubi-*
bus exornat Azevedo ad d. leg. regim. 11.10.

Hinc colliges donantem eodem modo obligari sicutem tributum, ac si nullam alienationem fecisset, quia alienatio potius nulla executionem petere non potest. Quinimum potius obligatio donatoris, si ipse hunc debito non satisfacte, teneat donatoris fasificare vicepotest inquit donatum tributum, & doleat impeditus tributi solutionem. Ut bene adverterit Didac. Perezellus, 1. orationis, tit. 3. 1. column. 9. 3. Matric. leg. 11.1.1. 10. 5. compiti. Glos. 5. in fine. Aucezd. ad d. leg. nos. Cognit. ad d. 1. 2.

Quod si domini hanc solutionem omisit prætextu alienatio-
nis statutum lex regia, vt aduersus ipsum donatorem agatur ac si
alienatio facta non fuisset, cum facta nulla sit, ac bona non
habeat ex quibus illud tributum accepit posse, eius persona incer-
teratur, et eo nobilis fit, & alias exemplis posse dimittendas et
quoniam que realiter foliar, rametib[us] bona liberta offaret, & fiduci-
res de la haz adiubeat, quia lex realium solutionem exigit, & me-
rito dignus est ei rigore, qui regia tributum fractare mandat. Ali-
quibus Guttier. A.d. 1.3.2. n. 9. & Azeudo ad leg. 11. n. 8. plac-
agi etiam posse contra ipsum donatariam poena quidem directa, sed
indirecta videlicet capiendo fructus predatione ex bonis fundati-
tibus donatis, ac si sub dominio & potestate eorum toro adiesset, qui
verè sub illius potestate sunt, cum alienatio ipsa hinc nulla fuerit.
Quod nō ipso donatarius sibi hinc lege opposuerit, & indicem
Ecclesiastici adiubet, ab eoq[ue] mandatibus sub executione ob-
tineat contra capientes fructus horum bonorum, & contra nocte-
laicu[m] sic determinem, index hic laicus, eusq[ue] paries coram ipso
iudice ecclesiastico conqueruntur, perambulat ab ipso, & mandat
reponat, eorumque forum declinare allegata causa ex quibus illos
fructus colligunt, cui petitioni si non accuererit applicatur im-
plorato auxilio. Quia appellacione interposita si adiuvat iudeo Eccle-
siasticus procedit, soler processus ad regium tribunal cancella-
rie adduci, itaque cognita fraude determinat decretum, vni eis
factam, & indicem ecclesiasticum debere omnina repente, &
appellationem admitttere, & tunc facultates in exactione tributorum
procedunt. Sit testatur Azeudo ad d[icit] leg. regiam. n. 8. se videlicet
executione mandatibus ipso merito confiteat ob timorem ce-
communications, cum de fraude non fatis confitit leuissimum
procedendi viam esse aduersus donatorem, vt in dicta leg. regia
cauetur.

PUNCTVM XXIX.

De revocatione donationis, filiorum natuitate.

Domi Amerisi perfecta donatio regulariter renouari non possit, sed
Domi imperfecta donatio, *Cod. de donis* que *sub modo*, *leg. 1. cap. 1.* *cod.*
de revocandis donationibus, attamen Doctores omnes iustifico-
quentium excipiunt, in quibus donatio perfecta renouatur, quia
cum donator filii nascuntur. Secundum eum donatio facta pre-
dicta. Tertius cum donatus donatori est ingratia de quibus in
ordine agendum est.

§. I.

Qualiter filiorum natiuitate donatio perfecta reuocetur?

1. *Donatio facta ab eo qui nec liberos habebat, neque illorum spem proximam, annullatur liberis postmodum habitis.*
2. *Intelligenda est hoc regula de filiis legitimis.*
3. *Lex solum legitime donatione a patre liberatis factas at Doctores omnes extundunt.*
4. *Hac donatio non impeditur, tametsi iuramento firmata sit.*
5. *Ipsa iure donatio reuocatur, neque indiger illa iudicis declaratione.*
6. *Aliisque placet conclusionem de qualibet donatione esse intelligendam.*
7. *Verius est non comprehendendi leues donationes, & quas recta bonorum administratio exigit.*
8. *Donationes non excedentes quantum bonorum affirmat Gutier, in regno Castella non infirmari. Sed non approbatur.*
9. *Repudiationes hereditatis, legati &c. non continentur sub hac lege.*

ICouenient omnes Doctores donationem factam ab eo qui liberos nec actu nec spe proxima haberat, natus filius legitimis reddi ipso iure nullam: ut deciditur in leg. si unquam. Cod. de reuocand. donationis & leg. 8. regia. tit. 4. par. 5. Centetur namque donans sub conditione donare, dummodo filios non habeat, quia presumuntur nulatorem donatus si filios speraret, cum non sit verisimile velut extrinsum donatum filii ex descendibus preferri. argum. Textus. In leg. cum annis. ff. de condit. & donation. & in leg. cum acutissimi. Cod. de fidelicem.

2. Non tener dixit nisi legitimis. Nam ob natiuitatem filiorum illegitimum donatione non reuocatur. Tum quia nomen liberorum absolutè prolatum stat pro famosi significato. Tum quia haec lex est exorbitans, ideoque non debet nomen libertorum extendi. Tum denique quia nunquam est presumendum velle donatorum ob filios a proprio conceperat, & quos habere dedecet donationem mature factam reuocare. Arque ita tradit Greg. Lop. dicta leg. 8. tit. 4. part. 5. verbo de suam. Iulius Clarus. §. donation. q. 13. n. 6. Alius Valade, conful. 94. n. 6. Mol. dis. 28. 1. dubium preterea est & colligitur manifestè ex dicta leg. regia. 8. ibi que si habeo & huius o. nipa de suam. legitima. Et. Quod si filius naturalis matrimonio subsequeente legitimus, iam pleno iure legitimus nuncupatur, & ex uxore legitimo per retroactionem non natu confundens est, ideoque eius legitimatio apposita donatione reuocabitur, ut adiurit Mol. supra. Secus vero legitimus. rectripi principis, ut aduersus Iulium Claram docet Greg. Lop. & Mol. locis citatis. argum. legis regia que exigit filios ex uxore legitima habendos est, ut donationem infirmat.

Et licet huiusmodi ex si unquam de sola donatione à patrone libertatis loquatur, eius tamen decisioenem Tiraquei, in dicta leg. si unquam verboliberis. Ripa. q. 1. Quic. l. 2. o. obseruat. cap. 5. Fachin. lib. 3. sum. cap. 8. 5. & alij ad omnes personas extendunt, & merito quia ratio decisioenis est presumpta voluntas donantis quod non faceret donationem extranco, si de liberi cogitasse, sequitur in patrone, ac in aliis procedit.

4. Neque ea reuocario impeditur quanquam sub iuramento donatione firmata sit quia iuramentum sequitur naturam primordialem actus cui apponitur: ut hac donatione ex sui primordiali natura habet tacitam conditionem nisi filii nascantur. Ergo iuramentum eandem fortuit conditionem, & proinde natu filii ipso iure donatione reuocabitur non obstante iuramento. Sicut docet Gutier. de iuram. l. p. cap. 9. n. 10. Ant. Gom. l. 2. var. cap. 4. n. 11. Iulius Clarus. l. 4. recept. §. donation. q. 13. n. 1. Mol. tract. 2. dis. 28. 5. dubium est. Lefsius. lib. 2. cap. 18. dub. 14. n. 1. 11.

Renocatio autem huius donationis ita efficax est ut ipso iure absque illa iudicis declaratione donatum donatori renocetur. Nam cum datum fuerit lib. ea conditione si filii nascantur, ipsi natu cesser donatio & res ad suum pristinum statum redunt. Ut probat dicta lex si unquam, ibi. Si unquam liberi: is patronus filios non habens bona omnia, vel patrem aliquam facultatum fuerit donatione largitus & postea suscepit liberos totum quidquid largitus fuerit revertatur in eiusdem donatoris arbitrio, ac dictione mensuratur, & colligitur ex leg. regia. 8. tit. 4. part. 5. ibi E. no debe valer en ninguna munera. Hincque inferunt recte Greg. Lop. ibi Couarrua. l. var. cap. 19. n. 1. & 2. Mol. dis. 28. 5. quando ausem. obligatum esse conatarium donatori cui filii post donationem natu sunt restituere integrum donatum, cum us omne quod habebat periret. Quod intelliguntur cetero, ut inquit Lefsius l. cap. 18. dub. 14. n. 1. 11. Si à donatore repetatur, nam incertum retinere poterit ex presumpta ipsius voluntate.

Sed est dubium an cuiuslibet quantitatis donatione sub hac lege comprehendatur? A liquibus relatis à Couarr. l. variar. c. 1. 9. n. 12. placet comprehendendi donationem cuiuslibet quantitatis, quia ver-

bunt aliquam quo lex, si unquam, vtitur in minima parte verificari potest ex Gleff. in clem. 1. verbo ex carum parte de suo compet. & ex leg. generaliz. §. cum autem Cod. de institut. & substitut. ad finem. Alij ut Ant. Gom. l. 2. var. cap. 14. n. 11. censem debere esse majoris partis bonorum, quia appellatione partis dimidia intelligitur. leg. nomen filiarum. §. porro. ff. de verbis. significat. alias si cuiuslibet quantitatis donationem voluisse imperator sub sua lege comprehendere non dixit bona omnia vel partem aliquam facultatum, sed rem aliquam.

Ego vero dicendum existimo leues donationes quas recta ratio, & bonorum administratio exigit nulli modo reuocandas esse, quia praesumuntur feci facienda, eto si filii donator cogitasset, pertinent enim ad ordinatum familiae regimen, & debitam bonorum administrationem. Vnde non sum exstendere de ea parte de qua quis libere disponere potest, nec computande in filiorum legitima. Ut bene adiurit Molin. d. dis. 28. 2. §. dubium est quam.

Deinde donatio que spectat qualitate peripera donantis, & donatarii, atque circumstantiis leuis & modica est reuocari non debet ob natiuitatem filiorum, quia praesumuntur facienda, eto filii in mentem venient. Ut multis probat Tiraquei. In leg. si unquam. verbo omnia vel pars. numer. 24. & 25. Quapropter nam solam donationem reuocandam censeo, quan prudens arbitraretur donatorem non facit, si de filiis cogitasset. Cum autem de sola execellua donatione, & quantitate notabilem concine prudens id arbitrari possit, conseqvēns est eam solam donationem natiuitate filiorum reuocari. Sicut docut Couarrua. d. cap. 19. n. 13. Greg. Lop. leg. 8. tit. 4. par. 5. verbo gran. partida. Iulius Clarus. §. donation. 2. numer. 10. Menoch. casu 133. Fachin. lib. 3. controu. cap. 88. Mol. loc. cit.

Addit tamen Gutier, de iuram. 1. p. cap. 9. n. 17. in regno Castille in quo pater disponere potest libere de quinta suorum bonorum parte, natiuitate filiorum non infirmari donationem, que hanc quintam partem non excedit, adiutante pro hac tenetia Ant. Gom. d. cap. 4. v. 11. quarens afferit donationem patris, vel alteri a cidentem factam non reuocari in totum, sed tantum quod legitimam, & Gafarem Bacch. tract. de non melior. donatione donis filiabus. cap. 9. n. 57. & 62. Ioann. Bapista de Villalob. antinom. iuri. litt. D. n. 22. ad finem. Dicitur Gutier, quia de quinta parte bonorum potest pater natus filii libere disponere. Ergo ex eorum natiuitate infirmari hacte donatio nequit. Sed merito reliqui Doctores contrarium opinantur. Non enim ob solum praesudicium filiorum in legitima eis competenti reuocatur donatio, sed quia praesumunt patres non donaturi, si de filiis cogitasset. Quia ratio procedit, etiam si donatio legitimam filiorum non attingat.

Ad extremum obferua sub donatione hac reuocanda non contineri repudiationem hereditatis, legati, aut fideicomissi, anque illorum dominum, & possessiones obtineas, quia illa non est donatio, sed iuri acquirendi repulso, ad quam haec lex quae correctior est, & exorbitans non debet extendi. Vnde adiurit Tiraquei. leg. si unquam. verbo donatione largitus. n. 120. Mol. tract. 2. dis. 2. iustit. d. p. 579. n. 23. Sanch. 7. oper. moralis. cap. 7. n. 51. Paul. Laym. lib. 3. sum. scilicet. 5. rati. 4. cap. 12. in fine.

§. II.

An beneficio dicta legis si unquam renuntiari possit maximè iuramenti apposito?

1. *Varia sunt sententia.*
2. *Renuntiari posse quatenus donantem spectat, secus quarens spectat filios.*
3. *Si cum celebraverit donatio donans presumitur filius, habitus non est locus reuocationis.*
4. *Differit donatio oria ob presumptionem donantis voluntatem ab ea qua reuocatur ob filiorum presudicium.*

Varie sunt in hac parte Doctorum sententiae. Vnde videtur est in Cipri ditta leg. si unquam. q. 11. Tiraquei in prefat. illius legis. n. 87. & seq. Couarrua. de fact. 1. p. rel. scilicet. 54. n. 3. Greg. Lop. leg. 8. tit. 4. par. 5. Anton Gomez. de donat. cap. 4. n. 11. Tello Fernand. leg. 23. Tauri. num. 9. Julio Claro. §. dñz. n. 22. Bernard. Diaz de Lugo. reg. 13. ampli. 3. Fachin. lib. 6. controver. c. 84. Gutier. 17. de iuram. c. 9. n. 8. Alij negant renuntiari posse, quia hoc beneficium non solum in donatus fauorem, sed in fauorem filiorum concessum est, cui donans non videtur renuntiare posse. leg. cum non solum. Cod. de bonis que liberis, leg. quod de bonis. §. de si. Ad legem. Faleidianam. & similibus. E contra alij renuntiari posse affirmant, quia solum fauorem donantis liberos posse suscipiens lata lex est, cum nullam libertorum mentionem faciat.

Placet tamen ea concordia, quam communi sententia approbat, teste Tiraqueo Greg. Lop. Gutier. & Fachino. circa finem. Mol. dis. 28. 2. §. quoniam lex Layman. cap. 12. circa finem. timurum donantem renuntiare posse beneficio donationis reuocandi.

cande in euentum filiorum quatenus sua intereat. Secus vero
quatuor filios tangit. Posteroiter partem probat torus titulus
de inofficialia donatione. Non enim permisum est praedicari
etiam cum iuramento filii in legitima debita. At cum donatio
eorum legitimam non attingit, sed intra terminos illius partis, de
qua libere disponere potest continetur, optimè potest etiam ab
ipso iuramento beneficio reuocations renunciari, cum nemini al-
teri quam fibi ea renunciatio praedicta. Ratioque est manifesta,
ideo namque statutæ lex naturæque filiorum donationem prece-
demt infirmari, quia non praefunetur donatio donaturus, si de
filii cogitaret, ut hac presumptio omnino cessat, cum ipse ex-
presse renunciari beneficio dictæ legis, acceptioque le velle donationis
naturam ferat, tametí filii nascantur, ergo.

3 Hinc si cum celebratur donatio praesumti potest donato-
rem de filii nasciturus cogitasse cessat ea revocatio, que illi pre-
sumptioni nititur, id eoque in leg. regia, 8. it. 4. par. s dicitur, por-
que no anci os i nesperanza de los auer. Atque ita ex commun
tradunt Greg. Lop. ibi *Gloss.* 2. Bernard. Diaz, de Lugo. reg. 13. in
octava fallent. Iulius Clarus. q. 2. 2. vers. 6. qua Menchaca. lib. 1.
controvers. usfrequent. cap. 10. m. 3. y. Gutierrez. a. cap. 9. n. 3. Mol.
loc. cit.

4. Est vero latum discriberem, ut bene aduertit Greg. Lopez loc.
cit. cum donatio reuocatur ob presumptam donauis voluntate
nolentis firmata esse donationem in filiorum eiusdem, ac cum re-
uocatur ob filiorum praedictorumnam cum reuocatur ob illarum
presumptam donauis voluntate, de qua est ferme in dicta leg.
si unquam in vita donans reuocatur, & naturitate ipsorum for-
um ipso iure reuocatio inducitur, ac cum reuocatur ob praedi-
cum filiorum non potest reuocari nisi per querelam in officio
donations, que initia nequit in vita donans, sed post mortem
nam filii viuentis parte nullum usi habent ad legitimam, leg. fin.
& ibi Bart. ff. de liberis agnoscend. Quod si quis opponat inde se
qui posse liberos alimenis debitis defraudari responderet optimo
Greg. Lop. ex dicta leg. 8. Glos. 2. donarium obligatum esse aliena
menta filii praebeat, quia cum sibi in onere donatum transire, leg. f.
quis à liberis. §. fin. ff. de liberis agnoscendis.

§. III.

Examinatur, an dispositio dictæ legis, si unquam
locum habeat, cum donatio Ecclœ, alterius
causæ pœœ facta est?

- Renovatur quatenus filiorum legitimam tangit.*
 - Nequit pars in praividicium legitima filiorum disponere
in opera pia, ut in capella fundationem &c.*

Copiosè satis disputantur hanc questionem Tiraquel, in *d. leg.* si *vnguam. verbo liberis.* n. 79. & ibi Ripa. q. 49. Jul. Clarus. *verbo donatio.* q. 13. n. 2. referuntur Doctores tum asferentes tum negantes donationes in toton reuocari filiorum natuitate. Sed senior est illa sententia que ex D. Augustino refutatur in *cap. fin.* 17. q. 4. afferens dictam rationem spectato iuriis cuiuslibet rigore non reuocari in totum, sed solum quoad eam partem, quae filiorum legitimam attingit, ex aquitate tamen & pietate natura. In integrum reuocari, inquit enim *Textus Quam laudabilis fadum Sandi Aurelii Carthaginensis Episcopi.* Quidam enim cum filios non haberet, neque speraret, res sua omnes (retento fibi usufructu) donauit Ecclesiæ Nati sunt ei filii nec opinari. Reddidi Episcopas ea que donauerat, in potestate habebat Episcopos non reddere, sed iure fori non iure poli. Coclusus triplice parte habet. Prima dictam donationem non reuocari in totum, quia Ecclesiæ (& idem est de causa alia pia) infat filii reputatur, ut inquit *P. normit.* in *cap. fin.* 5. de *donat. Barr. in le. Tit. 8. imperator f. de legis.* 2. At donatio facta filio non reuocari in totum natuitate aliorum filiorum, sed solum quoad eorum legitimas. *leg. si 50. rat. Cod. de iustificac. donas.* Deinde quod prefatetur Ecclesiæ, vel alteri cause pia præstabilitur Deo & in anima favorem. At hec causa est aquæ favoribilis, ac causa filiorum ut constat ex *Athenae.* si qua mulier. *Cod. de sacra consacrat. Eccles.* Dei qui lex Constantini Ecclesiæ ligare non poterat. Secunda pars conclusione scilicet reuocari eam donationem, qua parte legitimam filiorum postmodum naescientium diminuit, probatur, quia parentes nequeunt de hac legitima disponere iupite filii debita, id. quoque in *Supradicto cap. fin.* inquit Augustinus. *Quicunque vult exhibendum facere Ecclesiæ quantum alterum qui suscipiat,* nō Angustissimo modo *Op. proprio minorem inueniet.* Neque his adfuerantur verba quæ inferiori subiungit, in potestate habebat Episcopos non reddere, nam intelligenda sunt de redditione, in toton cum sibi referuare posset ea que legitimam filiorum debite non prædicarent. Tertia pars scilicet aquitati, honestati, & pietati congruere maximè quod Ecclesiæ donatum integrè reddat manifestum est, siquidem hoc facto scilicet purgari auraria pietatem commendat, & fidèles excitat liberaliores esse. Et in his convenienti *Tiraquel. Ripa.* & *Iulius Clarus suprà. Anton. Com. de donis. cap. 2. n. 11. Greg. Lop. d. leg. 8. tit. 4. pars. 5. Glossa. q. 9.*

Mol. disp. 282. §. dubium vltorius. Less. lib. 2. c. 18. dub. 14. n. 109
Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 12. circa finem Fachim. l. 3.
controv. c. 86.

Hinc fit nullo modo audiendum esse Ir. Ludovicum Lopez, in suo instrutorio conscientie 2. p. q. 20. ferretos col. 145. & seqq. contendente posse parentem in praedictum legitima filiorum expendere ultra quantum fuerum bonorum in vita vel in morte, in opera pia, vt in capelle fundacione, elemosynas parcerum, quia haec non sunt legata gratiosa, sed ob causam, & in fauorem anima, ac proinde excedere possunt quantum, quod pro legatis gratiosis extahendum permititur. b.g. 13. rit.s.lib. 5. no. compilat. Nam ut recte animaduertit Gutier de iur. am. 1. p. c. 5. n. 28. leges regia tautum permitte patrem filios haberi disponere de quanto fuerum bonorum in quibusque opera voluntaria fuit profana, fuit pia; si enim sumptus ex quacum extah mandantur ex quanto, cum sit opus ita pium, & necessarium in fortiori ex illo, & non ex corpore hereditatis extahenda est, ne legata, & donatione minus necessaria. Neque Natura, cap. 13. n. 29. quem fe Lopez adducit loquitur de donatione ultra quantum. Sunt vero in 4. dist. 41. q. 4. vnic. art. 4. fol. 55. efo. et si suffragerem non disputar, sed per transeniam affirmat. Solum enim homini diuissimo permittit Gutier, vt ex amplissimo patrimonio aliquid non nimis ultra quantum in opera pia expendere, dummodo filius non graue fieri praedictum. Neque probandum existimo extensem Ant. Com. rit. 2. var. 2. c. 4. n. 11. aqua donacionem factam ascenderibus donationi facta Ecclesia, que ascendentces non vt filii sed vt extranei reperantur, ac posside pugilegio filiorum, sicut Ecclesia gaudere non debet. Ut bene adserit Mol. dicta in disp. 28. §. 2. uincent Uterius in fin. Lym. l. 3. sum. lct. 5. strat. 4. c. 1. circu. finit.

§. IV.

And ita dispositio legis, si unquam, locum habeat in donatione remuneratoria, & ob causam?

1. *Donatio habens causam comparatione donantis non renunciarum, etiam in praeditum ligatum filiorum, sed tamen habens causam comparatione alterius ex communis sententia.*
 2. *Verius est donationem ob causam rerum veterariorum quae se tenet comparatione donantis renuncari.*

Si donatio habeat causam comparatione donanti, vi est cum donans obsequia libipratria remunerari intendit, communis sententia defendit retie Gregor. Lopez. *leg. 8. tit. 4. cap. 9.* verbo dico. *Cujer de iuram.* *l.p. cap. 9. numer. 7.* Mol. *dip. 2.2. §. dubium postremo,* nec dispolitionem legi *si unquam reu-*
cantem integrum donationem ex supercognitione filiorum, nec dispolitionem *leg. si coras Cod. de incisiva dominicis,* facientem donationem in praedictum legitum filiorum donationem sive habere locum, sed firmam perficieat cum donationem secundum quod causa exigit quia haec non est censio donatio, sed cogula bonorum administratio, ideoque non est computatio in ea parte, de qua donans liberè disponere potest. Vnum si causa comparatione donatoris necessaria non est, bene tamen cutiam aetertio, vi est de duobus constituta que comparatione donans liberalis est, et comparatione tamen mentis onerosa, estimante in praedicti Doctores locum *cif. die legi si unquam ex quo hacten causa non excludat liberalem donationem.* Argum. *leg. p. 11.* *f. scero f. qui in fraudem creditor. leg. 1. 8. accedit Cif. de r. uxoris actione.* Subiungunt tamen alii reatis Cujer. & Mol non esse renuoculan, nisi queramus incisiva filiorum legitimam, quia enus tertio impotum obligat, v. donans eam donationem computari in ea parte de qua liberè disponere possit, ac proinde naturitate filiorum eam non renuocet. Ex quo si donatione ob causam, sua causa se teneat ex parte donanti, lieue ex parte alterius tertio non esse locum dispolitionis legi *si unquam,* cum non redudetur donatio integrum, *ve. idem tuncus* da caeterum.

Ceterum in hac re placit nullus sententia. Cauda. 201
u. 15 & Andi. Fachini. l. 3. contra. cap. 89. alteracionis
producta lege si unquam contineri donationem remuneratutum
& ob causam etiam comparatione donatus , nam hec dono
remuneratoria folum ex antidoris obligatione procedit, quia
liberaliter donationem non excludit, & huius itabius nullatenus
exigit bonorum omnium, vel maiorum partis alienariorum, para
fet obsequio donatorum collatum eius conditions fuerit vel dona
tor illud compensare non valeat omnibus suis bonis vel in ob
lige illorum parte, attamen pietas filii debita exire ne alienatio
ipis praedictabilis beneficium remuneretur, fed alius gratia ac
signis, & recognicionibus. Aproinde ea in parte que sibi
praejudicauerit nobilitate, renuncianda veniet, quia non censuram
filiorum praedictio donator renunciat, ut remunerat, praeferre, nec si co
caus ad donatione confenda fore conga bona potest admittantur, sed

sed potius dissipatio. Quodam patrem vero de qua donator liberò
disponere potest reuocatur donatio non quidem in totum, sed
secundum quod prudens arbitrabitur donantem fore donatum,
fi de filiis cogitasset.

§. V.

An si filii moriantur viuo donatore conualefac do-
natio que eorum natuitate fuit reuelata?

1. Proponitur dubitandi ratio.
2. Deciditur non reuiscere donationem que natuitate filio-
rum extincta fuit.
3. Si donans non repeit donatum natis filiis & mortuis cum
facile posse confirmare.
4. Soluimus dubitandi ratio.

Diximus in precedentibus donationem illius qui de liberis
non cogitabat, filii postea nascientibus reuocari. Dabim
et an si viuo donatore filii deceas dicta donatio conuale-
scat? Ratio dubitandi est, quia cessat causa ob quam donatio re-
uocata est, praesumere enim iuste non fore donatum, si crederes
filios te viuo decestos, quia perinde habentur ac si nati non
essent. Confirmatur ex leg. possumus ss. de iniusto rupro, vbi
testamentum nullum eo quod filius sit prateritus conualefcit ex
aquitatio prazoris filio e vita ante testatorum decedente.

Ceterum dicendum est ex eo praesume quod filius ob cuius
natuitatem donatione reuocata fuit decedat viuo testator donatione
non reuiscere, sed nullam permane. Quia donatio fe-
mel extincta reuiscere nequit, nisi iterum donans, vel nomine
ipsius principis eam renoveret. Ergo donatore non reuocare
donationem, cum nulla sit lex que reuocationem facit in euentum
mortis filiorum donario reuocata non erit. Ut bene tradit Bart.
in leg. T. in Se 5. imperator ss. d. leg. 2. Fochim. lib. 3. conrou.
cap. 90.

3. Verum si contingat donatorem filii natis, & mortuis non re-
petere donatum cum facile posset, confundens est vox iuste donatione
non confirmare, ex qua confirmatione, & noua donatione dona-
tioni ius in donatum acquiritur, ut heredes donatoris illum mo-
lestare non possint. Sic etiam tradit Ant. Gom. cit. 2. de donationib.
c. 1. n. 12. Iul. Clarius. lib. 4. recept. §. donat. q. 28. n. 9. Mol. disp.
282. §. dubium ss. nec dissentit Bart. & Fochim. supra. nec Tira-
quel in d. leg. ss. vnguam verbo suscepit liberis n. 37.

Ratio vero dubitandi solum probat illum casum fore a iure
excepit quod a dispositione leg. ss. vnguam, non tamen probat ex-
ceptum esse, lex namque ad reuocationem donationis iustum ex-
igit quod post donationem liberos donator habeat, neque curat
an viuant post donatorem, vel ante decebat. Neque verum est
praetendum esse quod donat liberos non habens eodem modo
donatorem, si crederet filios habiturum, & ante ipsum decestos,
quia latenter obligatio eos alendi dum viuant retardare a do-
natione poterat.

§. VI.

Habeatne locum dispositio leg. ss. vnguam, Cod. de re-
uocando donationib., cum donans tempore donationis
liberos habeat, si deinde alias suscepit?

1. Affirmant plures locum esse.
2. Sed placet sententia negans.

Plures Doctores, quorum memini Tiraquel. in dicta leg. ss.
vnguam in verbo filios non habens & ibi Ripa q. 6. Gregor.
Lopez. in leg. 8. regia tit. 4. part. 5. Gloss. 1. Iacob. Cuiac. lib. 20.
obseruat. c. 5. Affirmant locum habere, eo quod cadem ratio in
hoc casu procedat. Non enim qui sic donat extraneo prelumentis
est donatorem si alios filios habituris speraret. Et contra alij nega-
nt dicta legi esse locum, siquidem praesumere potest donator et-
te filii cogitat extraneum ipsi patraturam, cum eum praef-
rat natus. Præterea dispositio leg. ss. vnguam vt communiter
Doctores tradunt, expositans est, & odiofa, utpote quae lata est in
prædictum donatorem, & donationi perfecta derogat extra id
quod ius naturale exigit, ac proinde extendenda non est ultra
casum expressum. Tandem alij distinguunt, an Filii nati chari finis,
an odiosi, si chari sunt censeri non reuocari donationem ob ratio-
nen proxime dictam, scilicet si sit odiof.

Ceterum sententia negativa nihil placet nimium reuocatio-
ni dicta legi ss. vnguam locum non esse in donatione extraneo
facta ab habente filios, eo quod dicta lex expressè loquatur de so-
lo qui filios non habet, ibi si vnguam liberis patrum filios non
habens, ergo habens filios sub dicta dispositione comprehendi
nequit, quoniam non leue a contrario sensu argumentum desumitur,
cum contrarium sit a iure decimus. Verum esto non sit loc-
cus reuocationis inducere per leg. ss. vnguam est tamen locus reuoca-
tionis inducere ex leg. ss. totas. Cod. de inofficiofis donat, ubi ca-

uetur donationem que fuerit filii inofficiofia reuocandam, ea in
parte efficit. Quapropter cum quis filios habent extraneo donat, non
in totum reuocatur ea donatio, ut reuocanda erat, sed sub disposi-
tione leg. ss. vnguam, comprehendetur sed reuocatur quatenus
legitima filiorum praedicatur iuxta dicta leg. ss. totas. Ut bene ex-
pli cat Fochim. 4.3. conrou. c. 87. Ant. Gom. c. 4. de donat. n. 13. Mol.
disp. 283. §. quod vero attinet.

P. V. N. C. T. V. M. XXX.

De reuocatione donationis inofficiofia.

Secundum caput, ex quo donatio perfecta reuocatur est
hæredum prædictum, quia nimur inofficiofia est, seu
contra officium pietatis debitum filii, aliisque legitimis hæredibus.
Sicut enim filii, & hæredes agere possunt querela inofficiofia testa-
menti, sic illos permittit eis querela inofficiofia donationis, ut con-
stat ex toto t. 1. Cod. de inofficiofis donat. Hæc donatio inofficiofia
fieri potest extraneo, vel alicui filio.

§. I.

De donatione excessiva facta extraneo.

1. Si donatio excessiva sit extraneo reuocatur qua parte filio-
rum legitimam tangit, si bona fide sit, si vero animo de-
fraudandi filii legitimam reuocatur in totum ex plu-
rius sententia.
2. Plures alii consentiunt solum quod legitimam reuocari.
3. Eit fatus fundamento opposito.

Si extraneo donationem excessuum facias, cum filios habes, x
vel speras habere, nemini dubium est reuocandum esse saltem
ea in parte qua filii in legitima debita prædictas, qua in regno
Cælesti sunt quatuor partes, cum de sola quarta possint parentes
libere disponere. Sed an in totum reuocetur? Variant doctores, ut
videtur eis in Tiraquel, qui plena manu eos referit in dicta leg. ss.
vnguam verbo totum n. 4. 1ul. Claro §. donat. q. 24. Anto.
Gom. cap. 4. de donat. n. 13. Couar. 1. var. c. 19. n. 12. Gregor. Lop.
leg. 8. tit. 4. par. 5. Gloss. vlt.

Omnis fatus est conuenienter, si bona fide donationem inofficiofiam
extraneo feceris reuocandam esse a filiis non in totum, sed qua
parte suam legitimam portionem tangit, ut probat lex. 1. & leg.
ss. mater. Cod. de inofficiofis donat. At si animo defraudandi filii
procescitur, sententia Bart. Paul. Salicer. & Angel. in leg. 1. Cod. de
inofficiofis donat. ex idem Bart. in leg. Tiraquel §. imperator ss. de
legatis 2. & norm. cap. fn. de donat. n. 5. Ant. Gom. & Iul. Clarius.
loc. citat. in totum reuocari. Quod maximè procedit, cum nihil
filii relinquatur, nam si aliquid eis reliquum est, credit Bart. & Pa-
normit. non in totum, sed quoad legitimam debitam reuocari.
Ducuntur hi Doctores, cum ex leg. ss. libertus §. vlt. ff. de iure pa-
tronatus, vbi alienatio facta in fraudem patroni nulla deciditur,
at causa liberorum favorabilior est, quam causa patroni, cum li-
beri efficacius ius habent in bonis parentum, quam patronus in
bonis liberti. Ergo si ob fraudem patroni alienatio liberti in
totum reuocatur, reuocari similiiter debet in totum alienatio parentis
ob liberorum fraudem. Tum ex leg. Tiraquel §. imperator ss. de
legatis 2. Cuius haec sunt verba. Si liquet, tibi libiane charifame
(inquit A exandri. Augustus) animam intervertende inofficiofis
querela patrimonium suum donationis nepotem fatis ex-
tenuat, rario depositi id quod donatum est pro dimidia parte
reuocari. Nomine dimidiis partis integra donatio videtur intelli-
gi, quia erant duo nepotes una, quorum unus reuocationem pe-
tabat, & conseqüenter petebat reuocationem pro integra parte
sibi competente.

E contra vero alii grauissimi Doctores. Glossa magna in dicta
leg. 1. Cod. de inofficiofis donat. Bald. & Sonchin. quos referit, &
sequitur Gregor. Lop. dicta leg. 8. Gloss. vlt. tit. 4. par. 5. Eman. Aco-
sta cap. 3. pater. 3. p. verbo priuare non poss. n. 16. Couar. c. 19.
n. 12. Mol. disp. 283. §. si autem Leff. l. 2. c. 18. dub. 14. n. 112. Fochim.
1.6. c. 8. & alij estimant solum vilce ad legitimam filii
debitam reuocari. Præcipuum fundamentum est quia reuocatio
donationis eum odiofia fit inducendo non est, neque extenda
præterquam a iure fuerit expressum. At nullo iure expressum est
donationem inofficiofiam reuocari in totum, sed tantum expres-
sum est reuocari quoad legitimam portionem, ut constat ex leg.
ss. totas. Cod. de inofficiofis donat. ibi si filii, vel nepotes, &c. debiti
bonorum subdidiunt, conseqüentur ad patrimonium tuum
reuerterit, ex leg. ss. liquent. Cod. codem. Quid donatum est pro
ratione quartæ ad instar inofficiofis testamenti coniunctum diminu-
netur. Quid si obiecit has leges loqui de donatione facta filiis
vel nepotibus, quæ mirum non est ut solum quoad portionem de-
bitam reuocentur, non vero de donationibus extraneo factis, ob-
stat quia lex. 1. Cod. de inofficiofis donat. aquæ de omnibus lo-
quitur, ut constat ex illis verbis, factis donationibus sive in quo-
dam liberis sive in extraneis exhaustis, &c.

Neque oblitus Textus in leg. ss. libertus ff. de iure patronos, quia
loquitur